

- INDEX DISPUTATIONUM
Theologicorum
- sub Praesidio Leonb. Hutteri.
- De Confessione Augustana
- 2 De unitate essentie divina et personarum Trinitatis
- 3 De personarum in una diversitate essentia differentiis notis characteristicis, ordine et generatione aeternitate filii Dei aeterna
- 4 De Divinitate Spiritus Sancti eiusque aeterna processione a Patre et filio, et de sanctis resibus tam veteribus quam recentioribus articulo 2. Aug. Conf.
- 5 De peccato originali et filiorum scripturarum opposita.
- 6 De blasphemia in spiritum manus in ecclesia sanctum sive peccatum ad mortem articulo 3. Conf. Aug.
- 7 De unione hypostatica naturarum et eorum idiomatu in Christo.
- 8 De communicatione et naturarum et eorum idiomatu in Christo.
- 9 De officio Christi sacerdotatibus et staticum humilationis
- 10 De officio Christi regio, et statu exaltationis articulo 4. et 20. Aug.
- 11 De justificatione hominis peccatoris coram Deo.
- 12 De efficacia ministerii verbi et sacramentorum regis ministrorum Ecclesie, a vocatione.
- 13 De bonis operibus exact. 4. 6. 8.
- 14 De Ecclesia a. 7. 8. c. 4.
- 15 De sacramento ingeneris re, 13. a. c. 4.
- 16 De Baptismo, c. 4.
- 17 De Coena domini. 10.
- 18 De poenitentia et confessione " 12
- 19 De Traditionibus humanis in Ecclesia 15. 5. ar.
- 20 De rebus civilibus et perfectate Ecclesiastica. 16. 6. 7.
- 21 De extremo iudicio
- 22 De libero arbitrio
- 23 De causa peccati
- 24 De cultu sanctorum
- 25 Ex Ioh. Ecce Agnus dei illi Dei qui tollit peccata mundi
- 26 De verbbo Dei scripto sev scripturam Sacram.

- 27 De Deo uno et trino 2
 28 De unione hypostatica
Quaenam in Christo naturam
29 De communicatione Ibi
gratiam 4
30 De Providentia Dei 5
31 De libero arbitrio . 6
32 De Imagine Dei in primo
homine, et subsecuta
corruptione seu peccato
spiritus 7
33 De Lege et Evangelio 8
34 De Universalis Redempti
statu generis humani . 9
35 De Justificatione hominis
peccatoris coram Deo: et
de bonis operibus 10
36 An reprobati et electi possint ex
vere gratia Dei; et in iustis penit
tentiis ad eadem iudicium reditus
et de penitentia 11
37 De Ecclesia 12
38 De Sacramentis in genere 13
39 De Coena Domini 14
Summa abominationis
sacrificii in negotiis ecclesie
justicia. Controv. 1. De
transubstantiatione 2. De
sacrificio Missatio 3
De Communione sub una
precie 15
40 De libertate Christiana
et de a via mortis 16
42 De Antichristo Magno 17
43. De indulgentiis Papal
67. et igni purgatoriis 20
44 De dispensatione veteris et
novi testamenti
45 De Consummatione seculi:
adventu Christi judicis,
resurrectione mortuorum; et
iudicio extremo.
46 De Sacra Coena controversias
qua hodie in Ecclesia de ea agit
complexans. Pras. 2. Debilis
47 De Arrogatione exorcismi
in Baptismo. Pras. D. Geor
gij Anglii
48 Harmonia Calvino Ph
Finiana. Pras. P. Joh. Gerhardi
49 Harmonia Calvino Ph
Finiana Pr. D. Joh. Gerhardi
50 Harmonia Calvino Ph
Finiana. Disp. 4. Pr. D. Joh
52 De Pace inter spiritum
et furas tentata; et
de bello pontificio. Com
Nat. Bresceri.
53 Joh. Henr. Alstedii consilia
rin Academica et Schol
iasticis. Zethus in primis
dram studiorum.
54. Typus Calendarij Laetitiae
Philologe. Philologica
quod studiosi activissime
Cyprianus proponeant
studiorum biennio.
55 L. Laelii Laetitiae lib. de
opificio Dei vel forma
bre hominis. De Genera
rum audire sua.
FINIS

~~Fic May. Min. Reg. N. utrumq. y. ruris & urb. mali. tiam
a Gracianis v. v. Thessal. s. p. c. i. p. ad Dr. Ande. &
Tyrrhen. & ruris mali. c. f. d. h. t. i. g. n. i. s. t. a. t. s. s.
utrumq. s. p. h. i. p. u. t. i. o. n. s. d. r. a. t. i. n. , q. v. a. n. i. b. e. l. l. s. a. l. e. y. n. p. o. p.
e. p. a. r. a. y. w. i. t. h. D. r. i. & P. a. n. d. s.~~

Eccard. Fol. 16. 223



94 A 7389

πΡΟΔΡΟΜΟΣ
Disputationum Theologicarum Colle-
gij privati.
DE
CONFESSIONIS AV
GUSTANÆ, εΝΗΣΙΩΣ AC PROPRIE
sic appellatæ autore, intellectu, mutatio-
ne, autoritate.



Falsis Sacramentariorum narrationibus oppositus.

ad cujus assertiones tuendas

Sub auspicijs beatissimæ & sacrosanctæ Triadis,
Præside

LEONHARTO HUTTERO S.

Theologiæ D. & in Academia Witebergensi
Professore publico

Respondebit

M. CHRISTOPHORVS ZECHERVVS,
Norimbergensis.

Die 25. Iunij: quo ipso die ante annos 67. Confessio hæc
Cæsari Carolo V. Aug. istæ fuit exhibita.

Ps. 119. 46.

*Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum,
& non confundebar.*



Valentinus Bernhard
Mylsius.

WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mulleri, Anno 1597.

ZONOGRAFIA
AMPLISSIMIS, NO-
BILISSIMIS, PIENTISSIMIS, ET
PRUDENTISSIMIS VIRIS, ET D. D. SEP-
TEMVIRIS, CÆTERISQUE LAVDATISSI-
MÆ NORIMBERGENSIS REIPUBLICÆ
SENATORIBVS ET PROGERIBVS VIGI-
LANTISSIMIS DIGNISSIMIS, ECCL ESIAE
CHRISTI NVTRITIIS EXOPTATISSIMIS,
PATRIÆ PARENTIBVS CARISSIMIS;
In quibus perpetuò colendis ipse quoq; patriam
sanctitatem sibi meritissimò constituit; hanc
debitæ Pietatis tesseram nuncupando
consecravit atq; donavit

Humilimus cliens

M. CHRISTOPHORUS ZECHER,
Norimbergensis,

DISPUTATIO
DE
CONFESSIONE AVGV-
STANA.

Thesis I.

Tsi tanta, tamq; sacrosancta, a com-
ni prorsus exceptione major scripturarum **θεοπνευστης** Aug. Epist.
est autoritas; earumq; Canon adeo illustris ac perfectus, 19. ad Hi-
ut cum D. Augustino his solis, infallibilis veritatis ac er.
certitudinis timorem honoremq; deferre debeamus: ac
proinde pluribus ad docendam veritatem cælestem libris haud opus esse
merito videri cuiquam possit.

II.

Fecit tamen, hodieq; facit hæreticorum κυβέλαι, ἐν τῷ οὐρανῷ Eph. 4.14.
πρὸς τὸν μεծοδέλιαν τῆς πλάνης, ut Apostolus loquitur, quā scriptu-
ras fraudulenter ac insidiosè depravant, sive uti D. Petrus ait, detore-
quent, adeò, ut nulla tām fœda sit hæresis, errores nulli tām tetri, quin
scripturis contortis inflexisq; palliare eos conentur, plurimis etiam
αμφέσι ιούλιοις in nassis suas pertractis: fecit inquam enor-
mis hæc hæreticorum nequitia, ut tūm Ecclesia primitiva, tūm quæ ip-
sam est subsequuta, quovis tempore certis fidei suæ Confessionibus ac
Symbolis ὑποτύπωσιν γιγιανόντων λόγων complexa, indicem quasi
quendā et Mercurialem, quod aīunt statuam ad rectē intelligendas scri- 2. Tim. 1.
pturas, & capita Religionis probè munienda erigeret, ac vice versa 13.
νοσοῦντας ιούλιοις φαρμάκων σοφῶν δέσμταις λόγως, quos Apostolus βε-
βίλλοις κενοφωνίαις indigitat, extra sua pomeria prorsus relegaret & 2. Tim. 2.
excluderet. 16.

III.

Hinc ipsi etiam Apostoli ab invicem discessuri (si modò Russino,
& vulgata traditioni credimus) in unum conferendo, quod unusquis- Ruffin. in
que sensit & credit, eam doctrinæ Christianæ normam constituerunt, Expos.
quæ quasi clavis quedam esset, quā proprius ac genuinus sacrarum li- symboli,
terarum sensus aperiretur: Quam Symbolum Apostolicum Ecclesia no- inter ope-
minare voluit. ra Cypr.

A 2

4. Hinc

IV.

Hinc postmodum privata creditorum patrum: hinc publica Ecclesiae vel universae vel particularis alienus scripta symbolica suam traxerunt originem: ut Nuenum, seu potius Niceno-Constantinopolitanum; item Athanasianum; Ephesinum; Chalcedoneum &c.

V.

Quorum omnium eum fuisse finem atque scopum primarium constat, ut Ecclesia verum scripturarum intellectum contra ingruentes hereses, hac ratione muniret ac confirmaret.

VI.

Quo superioribus etiam annis, respiciens Ecclesia, multis ante seculis sub Babylonicâ Romani Antichristi captivitate misere diversata, ac tenebris plusquam Cimmerijs obscurata; per ministerium vero Megalandri LUTHERI beatissimae memorie, sic divinâ ordinante clementia, ad pristinam lucis Evangelicæ puritatem paulatim aspirans; Anno Christi 1530. die 25. Iunij. suo jure usq[ue] à summo Magistratu jussa, certâ fidei sue confessionem scripto comprehensam, invictissimo Imperatori Carolo V. exhibere, eaq[ue] tunc à pontificiorum, tunc quorumvis aliorum hereticorum, tam priscorum, quam recentiorum falsis dogmatis discessum et divortium quasi publicè facere voluit.

VII.

Quæ confessio cum in celeberrimis illis Imperij comitijs, in urbe Imperiali Augustâ Vindelicorum Anno 1530. celebratis, sit exhibita, ibidemq[ue] auscultante Cæsare Carolo V. invictissimo, Ferdinando Romanorum Rege assidente, Electoribus, Principibus, Ordinibus S. Romani Imperij penè omnibus presentibus, publicè recitata & prælecta fuerit: factum ut à loco, quo ista ec gesta sunt, Augustana appellaretur, & vel hac ratione, non sine præclaro omni, ab augusta hæc inditatione, augustam ejus fore fidem, innueretur. Frivolum ergo ac elumbe plane pontificiorum est cavillum, hoc potissimum nomine Confessionis hujus nostræ inscriptionem sive titulum exagitanum, quod Auguste demum nostra nata sit religio.

VIII.

Oblata fuit autem Confessio ijs temporibus, quibus vix ullum unquam exitit periculosius: tum ob diros Romani Pontificis anathematismos, quibus & Lutherum & doctrinam Evangelij priorem universam, pro ea, quæ tum valere putabatur, potestate, devoverat:

luna

rum ob Imperiale illud decretum, quo novennio ante in Comitijs Año 1521.
Uvormatiensibus, procriptionis sententia in Lutherum uicta pronuntiata. Sledo l. 30
gataq; fuerat: adeò ut non tam ipsius Lutheri, quam omnium fidelium
vita & salute, Episcopū & curiae, hoc est in acie novaculae constituta,
nihil quicquam sperandum videretur aliud, quam ut vix conspecta aut
gustata Evangelij suavitate, prisino Romanae captivitatis jugo irre-
tiretur Ecclesia.

X.

Incredibilis ergo animi magnitudinis, in dō inauditæ constantie
fuerit pīssimus ille zelus, sanctissimi herois Electoris Saxonis JO-
HANNIS, qui operi huic patrando dux & autor primus omnium
existens, præter filium JOHANNEM FRIDERICVM, non plu-
ribus quam quinq; comitatus Principibus, ac duabus tantum civitati-
bus Imperialibus, eam fidei Confessionem in publico ac frequentissimo
ordinum Imperij confessu edere non exhorruit, quæ tum uiruero propè
orbi erat exosissima, quam & Imperator, & Papa, & his succenturi-
ati pleriq; fere omnes reges atq; principes ad furcam ac flammam unice
poscebant.

X.

Quis obsecro divine simul & bonitatis & omnipotentiæ hic
non deprehendat vestigia? Quis non cum regio Psalte exclamat; Con-
fessio Domini super cœlum & terram, Ipse exaltavit cornu populi sui?
Quis deniq; sanctissimos hosce principes, inclytasq; Respub. sempiternā
laude non dignas esse censeat, quæ tanto periculo, ipsorum cervicibus
ingruente, usq; adeò purioris Religionis Confessionem curæ sibi cordiq;
esse voluerunt?

X I.

Verum his et id genus alijs illustrandis amplificandi q; commo-
diori occasiōi reservatis, ad ea, quæ de confessione Augustana in Quæ-
stionem potissimum veniunt, accessum facio.

X II.

Videntur autem isthac omnia, quatuor summis quasi capiti-
bus commodissime posse comprehendi: Quorum primum de Autore:
alterum de sensu genuino ac proprio: terciū de mutatione: quartum
de autoritate Confessionis nostræ veriore sententiam exponet.

CAPVT I.
DE AVTORE CONFESSI0NIS
AVGVSTANÆ.

XIII.

Autorem Confessionis hujus nostræ primum ac summum, spiritum esse sanctum habemus persuasissimum; Cujus certè instinctu utræ est conscripta: ita scripturis sacris planè est διορθωθεῖ : & vel banc ob causam θεόπνευσος haud immittere appellari & potest et debet.

XIV.

Quo ad autorem ejus mediatum, non unum aliquem, sed plures constituimus; et partem hujus operis Ecclesiæ, partem Lutherœ, partem deniq; Philippo, historiarum monumentis edicti, adscribimus.

XV.

x. Ecclesiæ Et primariam facile autoritatem, ac locum principem in hoc inventio. negocio sibi merito vendicare Ecclesiam, vel inde constat, quod non modo labor iste conscribendæ Confessionis, jussu ac mandato principum, ci-vitatum & Rerum publicarum, aliorumq; ordinum, Lutheri doctri-sleid. lib. nam amplexorum, à Theologis fuit suscepitus: testibus Sleidano, Chy-tr. træo & Cœlestino: Sed etiam ipsa confessio jam conscripta prius exhibita non fuit, quam in ipsis Comitijs, in frequenti Evangelicorum con-veniu, præsentibus principibus, alijsq; Gubernatoribus, & conciona-toribus siue Theologis, ordine de singulis sententijs esset disputatum: uti videre est, ex prefat. Tom. i. operum Philippi: & ex confessione Doct. Erhardi Snepfpij p. m. editâ anno 1555.

XVI.

Vnde Confessio sui inventionem Ecclesiæ primum debet: indeq; eam dignitatem atq; privilegium est sortita, ut nunquam pro privato aliquo, sed publico semper atq; Ecclesiastico libro fuerit accepta & habita.

XVII.

xi. Lutheri Deinde vero D. Luther in hoc negocio secundas, & quidem ipsam dispositio. omnionia sive dispositione operis deberi, constanter asseveramus.

XVIII.

Deliberatione enim instituta, quanam formâ commoda, & eru-ditâ methodo, doctrina in ditionibus Electoris Saxonie, & conjuncto-rum principum ac Rerum publicarum, usitata, conscribi atq; compre-hendi posset; totum hoc negotij D. Luther à Theologis VVitebergen-sibus Iusto Iona, Pomerano, Philippo, fuisse datum, historiæ referunt.

XIX.

Hic ergo locum voluntatis eorum relinquens, septendecim articulis universam Religionis Christianæ summam est complexus, quos Ele-tor

stor secum Augustam auferens, Archetypum & matricem quasi Confessionis postmodum exhibet esse voluit. Videantur hi articuli Tom. 5. Ien. Pag. 18, edit, anni 57.

X X.

Et quanquam cæterorum etiam principum ac civitatum Evangelicam doctrinam amplexarum Theologi, suarum Ecclesiarum sum-
mam scriptis fuerant complexi: Quæ omnia, & in his aliqua, prolix-
itate etiam molesta, perlegere & censere Augustæ Philippus coadju-
tate Camerar. in vita
fuit: tamen ad septendecim illorum Lutheri Articulorum normam, Philippi.
Confessionem ipsam fuisse conscriptam, & verba eadem, & phrases in
plurisq. articulis retentæ, simul etiam ordo ac series articulorum ferè
similis; abundè testatur.

X X I.

Vnde factum, ut ipsa Confessio, Carolo V. Imp. non fuerit oblata,
quæ ad Lutherum, tum Coburgi ad fines Franconie subsistentem ab
Electore judicanda & corrigenda fuisset transmissa. Cujus rei testes sunt
Electoris & Philippi ad Lutherum hoc de negotio scriptæ Epistolæ.
Tom. 5. Ien. operum Luth. f. 21. Chytr. hist. fol. 30. Cælest.
f. 40, b. Hist. Aug. conf. pag. 136.

X X I I.

Tandem quoad Philippum, nec ipsius quoque laborem & curam
in promovendo hoc opere silentio tegendam esse statuimus, quin tertias III. Phi-
& postremas, & ipsam quidem & Elocutionem ipsi deberi exi- lippi Elor-
stimus. cuio.

X X I I I.

Is enim cæterarum Ecclesiarum Confessiones cum articulis illis Lu-
theri septendecim contulit, ac ex ijs omnibus breve illud syntagma fi- Chytr. f. 19
deliter elaboravit; quod postmodum Imperatori, prius tamen à Spiriu Cælest. f.
Lutheri (ut Philippus loquitur) revisum & approbatum, Protestantes 25.
obtulerunt.

X X I I I I.

Confirmat hoc ipse Philippus, simplici se studio Confessionis capita Philip-
concessisse, nihilq. plane sibi sumfisse, diserte scribens. præf. Tom
1. oper.

Quibus ita constitutis, scurram certè agit personatus ille Ambro. Hist. Conf.
suis VVolfius, qui à scriptione Confessionis Augustanae Lutherū studiosè Aug. f. 126.
suisse

sturmius fuisse remotum mentitur; & Iohannes Sturmius, conductius ille sa-
Antipap. cramentariorū R̄etor, sua viter nūgans; Principes Philippo Melanch-
4. Pag. 13 thoni, ut Augustanam Confessionem conscriberet, commissoe; & tantam
tunc Melanchthonis fuisse autoritatem, ut à Melanchthonē p̄orius, quā
à Luthero confisi illam vellent. Fri volē p̄fectō, νογ̄ τω̄σιογ̄ iſta
configi, nemo non vel leviter saltem historiarum monumenta expen-
dens, intelligit.

CAPVT II.

De verâ sententiâ Confessionis Augustanæ.

XXVI.

In hoc capite evolvendo ipsa nobis Acropolis Sacramentariæ co-
hortis petenda & evertenda fuerit.

XXVII.

Hift. Conf. Aug. Pag. 126. Stur. Primūm enim stridet rursus uterq; ille, quos modò nominavimus,
vespertilio; VVolfius nimirum & Sturmius, ac sine fronte, (jam pridem
enim hoc hæreticorum genus penitus depuduit) contendunt, Confessionē
nius An- Tetrapolitanam, à quatuor illis civitatibus, Argentina, Memminga,
tip. 3. Pag. Constantia, Lindavia scriptam, nostræ sive principum Confessioni per
115. & omnia fuisse θυμότηφον & consentaneam: adeoq; pari utramq; sensu
seqq. Item & dignitate tūm acceptar.

Antip. 4.

Hæc nimirum illa est Helena, pro qua, sed adverso planè Marte,
non uno jam decennio depugnantes Sacramentarij, non modò nostram
Confessionem germano suo sensu spoliare: sed & sub ejusdem præsidio
latibulum quoddam perditæ suæ causæ extruere cogitabant.

XXVIII.

Labilis p̄fectō vel memoria. vel effrenatæ potius malitiæ hi sint
homines necesse est, quod publicis tabulis & monumentis tam impu-
denter contradicere audent. Nos culpam omnem hac vice memoriae
ipsorum, quæ hactenus ipsis 7mo dū p̄actus fuit, ascribentes, veri-
tatem hujus questionis ex historijs authenticis eliciemus. Vos interim
attendite Sacramentarij.

XXIX.

Prodeat autem testis primus Steidanus, historicus etiam Impera-
toria autoritate approbatus: Is verò sic habet: Interim Argentinenses

CON-

Constantienses, Memmingi, Lindavi doctrinæ suæ Confessionem scriptam Sleid.^{lib.}
¶ ipsi tradunt Cæsari: De cœna Domini, non idem hi, quod Saxon. 7. folio.
nes, atq; socij sentiebant, neq; deniq; statuerunt, ut simul utram. 109. edit
que offerrent Cæsari. Seorsim enim utraq; oblata fuit: & prior Genev.
quidem Saxonica sive principum.

XXXI.

Id ergò fatetur Sleidanus, Tetrapolitanam Confessionem fuisse Cal-
viniano fermento infectam: nostram verò, Lutheranam, & ab illâ plu-
rimùm dissidentem.

XXXII.

Testis alterius vicem sustineat ipsa Confessionis subscriptio; quam
Anno 30. quatuor illis civitatibus fuisse negatam, manifestum est.

XXXIII.

Solæ enim duæ Republicæ, Norica & Reutlingensis subscriptisse le-
guntur: Quibus ante Comitiorum finem accesserunt Campidonenses,
Heilbrunnenses, VVinsheimij & VVeissemburgij Norici, Argentinenses
verò, & socij minime.

XXXIV.

Tertiò: Smalcaldiæ anno statim 1531. Helvetij & quatuor illæ
civitates in fædus recipi à protestantibus ordinibus flagitantes, prius
voti non sunt facti compotes, quām dogma suum de cœna Domini in Co-
mitijs propositum revocassent, & articulo 10. Confessionis nostræ sive
Principum subscriptissent.

XXXV.

Qua de re sic rursus Sleidanus: Anno Superiore Smalcaldiæ Sleid. lib.
(non in ipsis Comitijs, uti Sacramentarij fingunt) convenerat inter 8. f. 131.
protestantes, & cùm Argentinenses ac Suevicæ civitates ali-
quot, dogma suum de cœna Domini propositum in Comitijs
Augustæ copiosius tunc declarassent, recepta fuit à Saxonicis
iporum interpretatio.

XXXVI.

Quartò: idem clare evincunt leges pacificationis inter Cæsarem & Sleid. lib.
protestantes, de quibus rursus audiamus Sleidanum. Anno 32. Suin- 8. f. 128. b.
furti agi ceptum est de pace ad Concilium usq; servanda. Prin-
cipes intercessores, (nempè Archiepiscopus Moguntinus, & Pa-
latinus Princeps) de præscripto Cæsaris hæc protestantibus

B

man-

mandata proponunt; ut præter scriptum illud exhibitum Au-
gustæ de Religione, nihil innovent: & cum Zuinglianis &
Anabaptistis nihil habeant commune.

X X X V I I .

Vnde eodem in conventu Suinfurtensi, cùm Moguntinus & Palatinus de pace ad concilium usq; servanda, hanc etiam conditionem ferrent, ut si zuingiani faterentur errorem atq; desisterent, eos etiam hac pace comprehendendi: sin minus tūm deserendos, neq; auxiliij quicquam eis communicandum, neq; fædus ullum cum eis faciendum esse: statim, conjunctis animis quatuor illæ civitates se Confessioni Principum per omnia subscribere sunt re stati: atq; hâc, non alia conditione in fædus sunt recepti.

X X X V I I I .

Certè, nisi Epimenidis somnium dormiant Sacramentarij, vel tandem deprehendent, in ipsis comitijs tantam diversitatem atq; discrepantiā utriq; Confessioni, Principum nimirū & Tetrapolitanæ intercessisse, ut nulla inter eas Concordia cōalescere prius haud potuerit, quam abjecta Sacramentariā sententia de Cœna Domini civitates, nostræ Confessioni subscripserint: id quod annis demum sequentibus 31. & 32. evenisse, modò ex Sleidano satis evidenter fuit demonstratum.

X X X I X .

Quid quòd ipse Autor Confessionis Tetrapolitanæ Marinus Bucerus, ejus sententiam non uno in loco retractavit, & ita retractavit, ut quod in Confessione illa civitatum positum est, ipse postea Pontificijs noluerit concedere, & diserte fassus sit se errasse.

X L.

magis d'egou fortassè hoc vobis videbitur Sacramentarij: Ergò dicti firmamenta ocyus expedite.

X L I .

Articulo quarto Confessionis civitatum explicandum erat, cuiusmodi fidei justificationem nos adscribamus: Sed ibi scriptum est: Neminem justificari, aut vitam æternam consequi posse, nisi summe Deum diligat. Et pag. seq. Ea fides justificare dicitur, quæ per charitatem est efficax. Quin imò toto isto articulo Meriti Christi nulla fit mentio.

24. Hic

X L I I .

Hic vos obsecro Sacramentarij omnes ingenij vestri ne r̄ vos inten-
dite, & elaborate, num in nostra, hoc est Principum Confessione, tale
quippam reperire possitis. Hoc si planum feceritis, causa sponte car-
dam: sin minus, ut certè hoc in aeternū comprobare non poteritis,
vestri fuerit candoris, (si modò quis vobis superest) aperta vestra men-
dacia vel tandem palam revocare & detestari, ac nobiscum ingenuè fate-
ri, duas istas Confessiones ab invicem dīc dīc πατῶν distare.

X L I I I .

Bucerus certè, bac in parte vobis posthumis candidior, lapsus Bucerus
agnovit, & seriò fuit detestatus, sic scribens: Verbum (efficax) tolli in libro
debet, aut ita declarari, ut intelligatur de fiducia apprehendente mise- Actorum
ricordiam propter Christum promissam, & erigente perterrefactas Ratisbon.
mentes.

pag. 85.

X L I I I I .

Atqui verò tantum abest, ut hanc explicationem in Confessione
civitatum quis repriat, ut capite sequente quinto isthac verba expresse
legantur: Renovatio & restitutio hominis, quæ sit & consistit
per fidem, declaratur, perfectaq; fit operibus charitatis. Et mox:
Nunquam perfectè beatus efficitur homo, nisi per Christi spiritum eō
perducatur, ut N V L L P M penitus ei desit bonum opus.

X L V .

Hæc sunt illi pulchella Emblemata, quibus egregia vestra Con-
fessio, & in eo quidem articulo, in quo communem nobiscum contra
Pontificios sententiam tueri voluistis, tam pulcrè fuit exornata.
Mirum profecto, ni vel tandem vos facti pudeat pigeatq.

X L V I .

Auctarij vice, si vacat, illam ejusdem Buceri epistolæ ad Coman-
drum scriptæ partem, quæ so expendite: qua disertè testatur, se Luther-
eo & Lutheranis, ac proinde eorundem etiam Confessioni alienam men-
tem ac sententiam affinxisse, quam jam ipsos post Concordiam illam An-
ni 36. tueri deprehendat: imò de tribus s̄e capitibus post lectam Lutheri
Confessionem majorem, sententiam suam mutasse, & triplicem suum
errorem agnoverisse.

B 2

47. Num

X L V I I .

Num' verò adhuc Tetrapolitana confessio, nostræ sive principium confessioni erit ὁμόληφος, ac eodem plane sensu, pariq; autoritatis loco habenda & acceptanda? certè, nisi delira phrenesis omnem judicij vestri aciem obtuderit, haud opinor amplius affirmare hoc audebitis Sacramentarij.

X L V I I I .

Et si hoc nedum quidem perspicere potestis, quæso conspicilla lippis vestis oculis admovete; & haud gravatè viramq; Sleidani editionem, tūm Genevensem, tūm Argentinensem paulò propius contemplmini, ac quid uterq; Typograpus historiæ Sleidani, de confessione Thomas Tetrapolitana ad marginem adjecerit, expendite. Ac Genevensis quidè Courteau. Pag. 109. Zuinglianorum Confessio. Pag. 115. Confutatio doctrinæ An. 1559. Zuinglianorum Pag. 131. Concordia inter Zuingianos & Lutheranos. Genevæ. Argentinensis verò. Pag. 187. Civitates confessionem suam scriptā exhibent Zuingianam. Pag. 226, Zuingiani dogma suum interpretantur & Lutheranis satisfaciunt. Theodos. Ribelius,

X L I X .

Stur. An- Facebat ergò falsa & ex apertissimis mendacijs tota consuta
tip. 4. Sturmiana narratio, qua in suis Antipappis persuadere lectori conatur:
Pag. 13. Cæsarem auditis pontificiæ Religionis principibus, eorumque
legatis, utramque Confessionem simul accipere recusasse; altera-
Tot men- ram earum, quam vellent, accepturum esse recepisse, atq; pro-
dacia quot præterea Cæsari autores fuisse, quia non putabant posse fieri, ut
verba. tantus esset doctrinæ consensus inter Principes & civitates;
Honoris autem causa concessum fuisse principibus, ut sola prin-
cipium exhiberetur Cæsari & statib. Imperij: Alteram verò,
Pag. 29. nempe civitatum Confessionem à principibus etiam esse appro-
batam, à nemine reprehensam: & quod majus est, Cæsarem
non improbase dicit, & unam solam quamvis, aut cuiusvis
postulasse.

L.

Sleid. Quid? Anne à Cæsare improbata non fuit Tetrapolitana il-
lib. 7. la? Quid igitur Sleidanus? Argentinensibus atq; socijs (attendite
Pag. 115. a. vos Sacramentarij) domum Cæsaris evocatis, in ordinum
edit. Ge- confessu recitatam esse ipsorum Doctrinæ CONFUTATIO-
nem, scriptum prolixum, & valde ACERBVM ea par-
te

te potissimum, ubi de cæna Domini tractatur. Quid quæso fuerit
unquam improbare aliquid, si hoc non est?

L I.

Quo ad Principes, annè hi eam suo calculo ac suffragio appro-
barunt? Sic sane Rhetor noster nugatur. Atqui jam supra demonstra-
vimus, in conventu demum Smalcaldico, (non in Comitijs Augusta-
nis) anno sequente 1531, receptas fuisse in fœdus illas civitates, ea con-
ditione, si prius errore Zwingliano de cæna Domini abjecto, Articulo
10, nostræ Confessionis subscrivissent.

L II.

His sane ita discussis, consequens fuerit, (ut tandem primo
huic Sacramentiorum mendacio Colophonem imponamus) certum ac
genuinum sensum; atq; intellectum verum Confessionis Augustanae, ex
Tetrapolitana illa sive Zwingliana Confessione tam non peti posse ac de-
bere, quam non ulla Lutherò cum Zwinglio in negocio Eucharistico un-
quam intercessit Concordia.

L III.

Cæterum sunt & alij ex grege Sacramentario, qui se Confessio-
nis hujus socios aperte profiteri, ac obsoletas plane suas & rancidas
merces, sub augustissimo ejus nomine divendere minime dubitant.

L IV.

Eum ergò scripto huic nostro intellectum suo libitu offingunt, qui
ea, quæ plane ac perspicue sunt dicta, ac quorumvis hæreticorum
strophis aperte opposita, in alienum prorsus ac contrarium sensum
detorquet: hoc est: ut summatim ipsorum mentem aperia-
mus, Confessionem nostram sensu Zwingliano sive Calvinistico accipi-
endam esse, nugantur: id quod ex Commentario personali illius Ambro-
sij Vuolfsj, Genevæ excuso Anno 79. manifestè liquet.

L V.

Quid igitur? Annè p̄fissimus Elector Saxo: anne reliqui san-
ctissimi Principes: annè inclytæ illæ Respub: annè Lutherus noster: an-
nè horum Confessio, Zwinglianismo favere ac subscribere statuendum
fuerit? Ita per omnem modum secundum Sacramentiorum historicam
narrationem.

L VI.

Equidem sic persuasum habeo, si ullum aliquid peccatum, ex
hypothesi Flaciana, ipsa hominis esset substantia & essentia: tūm

Mentiri, esse non modò Sacramentiorum proprium in Quarto modo:
Sed eorumdem potius substantiam, naturam ac essentiam ipsam; adeò
plane veri nihil ex ipsorum gutture provenire constat.

LVI.

At vos ô Constitissimi Confessores, ô sanctissimæ beatissimæq;
anime, edocete queso, quid vobis de hac Sacramentiorum mentienda
libidine videtur.

LVI.

Primas meritò tibi tribuimus inclyte Elector IOHANNES,
edisse queso, fuitne Sacramentarius? Quid responsi nobis ferat
Sanctissimus hic Princeps, attendite queso Sacramentarij. Illud autem
nobis Sleidanus his verbis proponit: Cum ex Nassovij & Nuenan-
rarij comitum verbis Saxo animadverteret, Cæsari persuasum
esse, quasi Zwingli doctrinam & Anabaptistarum ipse proba-
ret; responderet: Cujusmodi sit doctrinæ suæ genus, & quid suæ
ditionis Ecclesiæ ministri doceant, ex Augustana Confessione
satis notum esse: Sed & hoc constare, cum esset in comitijs Au-
gustæ, N V L L V M sibi fuisse, cum ijs, qui Zwingiani vulgo
putantur, COMMERCIVM; Sed NE POSTEA qui-
dem, donec sententiam illi suam explanassent. Ejusdem se-
N V N C etiam esse propositi & quam sit Augustæ professus do-
ctrinam, in ea se beneficio Dei permansurum esse, ad EXTRE-
MVM VSQVE SPIRITVM, & orare, ut ad Cæsarem
hoc nomine sese purgent,

LIX.

Idem piissimus elector, eodem rursus referente Sleidano, Hel-
vetios in fœdus recipere hanc unam ob causam noluit, quod essent di-
Ibi. f. 125. versæ religioni; nempe Zwingianæ addicti. De Helvetijs in fœdus
a. recipiendis (inquit sleidanus) quod civitates valde cupiebant,
Saxo per legatos responderet; Quoniam de Coena Domini diver-
sum sequantur dogma, non sibi licere societatem cum ipsis ul-
lam coire. Quantum sit ipsorum conjunctio, propter vires atque
potentiam, non se quidem latere: Sed eò sibi minimè respicien-
dum esse, ne tristis inde sequatur exitus: quod ijs accidisse
scriptura testetur, qui muniendi sui causa, cuiusque modi præ-
sidijs usi fuissent.

60. Prin-

L X.

Principes reliquos, qui Confessioni subscripsérunt, idem planè cum Electore Saxone sensisse, & à furore Sacramentario prorsus fuisse alienos, vel ex vnicâ Relatione historica Sleidani tam est notum, quam quod notissimum.

L XI.

Ac cum primis quæ Anhaltiorum principum tūm fuerit sententia & fides, abundè satis Reverendissimi Principis Georgij scripta, contra Sacramentarios edita, ostendunt.

L XII.

De Republica Norimbergensi, ejusq; Confessione minus Sacra-Confessio
mentaria, res satis est plana ac manifesta.

Reip. No-
rimb. Año
1526.

L XIII.

Cui enim obsecro ignotus esse potest, Zelus verè pius B I L I - Bilibaldus BALDI, illius BIRCKHEIMERI, Senatoris Norici præcipui, Birckhei- qui anno 1526. contra Sacramentarios, ac nominatim Oecolampadium, merus, Se- calatum stringens, librum illius de genuina verborum Domini (Hoc est nator No- corpus meum) sententia, iuxta vetustissimos autores conscriptū, graviter rimbergē- ac nervosè refutavit: ac in ipso Frontispicio hunc verè Lutheranū apho- sis: et Im- risnum, vniuersae cohorti Sacramentariæ opposuit: Non est error, per Maxi- si quis credat, Christi corpus & sanguinem in pane & vino con- miliani 1. tineri non solum mysticè, sed verè. Imò illi potius errant, qui Consilia- ita non credunt. Item infine: Demonstratum est, verbarios, Sacra Christi plana esse & manifesta, nullumq; hoc in loco admittit, mentarios re tropum, priscofq; autores omnes ejus fuisse sententiæ, quod scriptis verum & reale corpus Christi ac sanguis ejus sub pane & vino publicè contineatur. oppugnat.

L XIV.

Quam eandem sententiam quadriennio post, tota Respublica Norimbergensis luculenta subscriptione Confessionis Augustanae, sibi vni- cè curæ cordiq; esse, sanctè fuit testata. Imò gravissimo scripto per Mi- nistros suos conciliations & colloquia cum Zwinglianis planè dissuasit, gensium propterea quod Zwingiani sint heretici, subversi & autokratægitol: in hist. A. imò peccatum in spiritum Sanctum committant.

Vide gra-

viss. hoc

scriptum

Norimber-

gensium

proptereā

in hist. A.

C. fol. 121.

65. Et & seqq.

LXV.

D. Selnecc. confessionis sententia eandem discussisse, rectissime inde cum D. Selneccero Recitat. colligimus, quod sinceros plane & orthodoxos habuit Theologos, inter 3. fol. 292. quos vel primarium locum *VITVS THEODORVS* obtinuit, qui unà cum collegis Sacramentariæ levitati masculine restitit.

LXVI.

Sin hodie nonnulli clancularij Calvinistæ diversum quid moluntur, & peccare faciunt Israël, hoc est, Ecclesiam veneno Sacramentario inficiunt, id quidem nihil Confessionis nostræ puritati detrahit, quin potius deplorandum tam inclytæ tamq; laudatæ Reipub. statum, à majorum sinceritate & constantia plurimum degenerantem, ob oculos nobis ponit: Cui malo ut clementissimus Pater cœlestis sanioribus consilijs paternè subveniat, rogamus supplices.

LXVII.

Quoad Reutlingenses, illos non modò nunquam ab invictâ Confessionis Augustanæ puritate defecisse: sed eandem subscriptione Formula Concordiae confirmasse, liquet.

LXVIII.

De D. Luthero nullum plane est dubium, quin Cinglianum dogma toto pectore fuerit detestatus.

LXIX.

Cujus rei indubitatum plane ne sit regio illud fuerit, quod anno, Comitia Augustana antecedente, nempe 1529. in colloquio Marpurgensi f. 132. Zuingleum, pro fratre agnoscere, etiam effusis lacrymis hoc efflagitatem, noluit.

LXX.

Id quod nuper Sacramentarius quidam considerans, ad Vbi quitorum (sic enim Orthodoxos sex hæc hominum indigit) contubernium relegavit.

LXXI.

Quæ D. Erhardi Snepfij, qui & ipse Comitijs illis interfuit, fuerit sententia, satis dilucidè eam in suâ de Eucharistia Confessione exposuit, scribens: Nemo tūm eorum omnium, qui Augustanæ Confessioni adjuncti, & in hunc deliberantium congressum admissi erant, cum Zuinglianis sensit, Interfui enim & ipse, & pars quædam

quædam eorum quæ gerebantur, quanquam nullo meo merito
fui; ne quis me referre ab alijs audita existimare, & testimonio
iccirco pondus detrahere possit.

LXXII.

Philippus Melanchthon à partibus Sacramentiorum tempore Cœlest. p. i.
exhibitæ Confessionis tām non stetit, ut non modò per literas & corām fol. 44.
in colloquio Marpurgensi, Oecolampadio se fortiter opposuerit: sed in Chytr.
ipsis comitijs, antequām Confessio exhiberetur, scriptis ad Lutherum f. 27.
literis petierit, ut ad Landgravium Hessorum Philippum scribebet,
eumq; contrā Sacramentiorum insidias confirmaret: Schnepfum enim
sibi narrasse, urgeri Principem assiduis Sacramentiorum literis &
solicitationibus: opus igitur esse Lutheri literis, quibus optimus Prin-
ceps admoneatur officij, ne oneret suam conscientiam impij ali-
cujus dogmatis defensione.

LXXIII.

Mense insequente proximo idem Philippus undā cum Brentio, Cœlest. p. I.
Landgraviō fraternitatem cum Sacramentarijs ineundam ac colendam f. 65. b.
suadenti, per literas evidentes planè & graves exposuit causas, quibus Hist. C.A.
moti, Landgravij petitioni locum relinquere minime possint. f. 138. &

LXXIV.

Post Confessionem jam exhibitam, de Cinglianā Confessione hunc Chytr. fol.
in modū scripsit ad Lutherum Philippus: Zuinglius misit huc Con- 161.
fessionem typis expressam, diceres simpliciter, mente captum Cœlest. f.
esse. De peccato originali: De usu Sacramentorum, veteres er- 282. b.
rores palām renovat, de Ceremonijs loquitur valdè Helveticè,
hoc est, barbarissimè, velle se omnes Ceremonias esse abolitas,
suam causam de Cœna veheinenter urget &c.

LXXV.

Et haud multò post ad Bucerum in eandem propè sententiam:
Zuinglius hic misit ἐξομολόγησιν, in qua certè non vult videri Cœlest. f.
verbis discrepare à nostra sententia. Et præter rem tumultuatur 279. b.
in alijs quibusdā articulis. Videtur in homine magis H E L V E - Hist. Conf.
T I C V S quidam, quam Christianus esse Spiritus, qui impule. Ang. fol.
rit eum ad tām ferociter scribendam Confessionem. 157.

LXXVI.

Quo ipso anno sententias quasdam Sanctorum Patrum de Cœna

C

Domi-

Hist. A.C. Dominica collegit, easq; Friderico Myconio inscriptas, Sacramentario-
fol. 181. rum furoribus opposuit.

LXXVII.

Et in Epistola ad Martinum Gorolitum Pastorem Brunsvicensem
hoc praeclaro elogio ornat Sacramentarios, quod nihil sani neq; de
Hist. A.C. fide, neq; de Sacramentis doceant: Quare se mori malle, quam
186. hoc affirmare, quod illi affirment: Christi corpus non posse nisi
in uno loco esse.

LXXVIII.

Sub finem anni 32. Bernhardum Rothmannum Concionatorem Mo-
nasterensem in Westphalia multis hortatur, ut τῶν κιγκλιοφροντῶν
disputationes, quippe fidei expertes atq; incertas, & ad consci-
entias in dubitationem conjiciendas ac perturbandas compara-
tas, studiosè vitet.

LXXIX.

Hist. A.C. Quin imò anno adhuc 36. in Constituenda Formula Concordiae Vui-
fol. 312. tebergensis: ac sequente 37. subscriptione articulorum Smalcaldico-
rum, in eadem Lutherana Confessione se persistere liquidò professus est.
Ibid. fol. Quo ipso anno ad Electorem Saxoniæ scripsit, In Sacramentarijs ni-
321. hil esse præter meram præsumptionem ac proterviam, & rationis
acumen atq; imaginationes, quæ coram Deo consistere neque-
ant. Per omnem igitur vitam, nolle se cum Zwinglianis con-
sentire, ut quos falsa docere ac scribere, satis cognitum perspe-
ctumq; habear.

LXXX.

Constat opinor ex his documentis, Philippum & ante & post Con-
fessionem exhibitam, integro ad minimum septennio à partibus Sacra-
mentariorum minime stetisse.

LXXXI.

Quod verò postmodum à Lutherana Confessione turpi facto divor-
tio, ad Calvinianorum castra paulatim magis magisq; transiit: id quod
partim sua in Narratione historica, degener ipsius gener Peucerus multis
argumentis cōprobat, partim alia etiā reūtūgū luculenter demonstrant:
id profectò veram ac genuinam Confessionis sententiam ne tantillum
quidem inflectere ac immutare potest: quippe de qua ex Confessione
Philippi, quam postremis annis tenuit, judicium fieri nec potest nec de-
bet. Qua de re mox plura.

82, von

LXXXII.

Constat deinde & illud, tam non sacramentariis sub hac Confessio-
ne nostra ullum reūctum esse præsidium, ut potius eorum dogmata ex ha-
sola quā in rectissime judicari, ac faciliū rēfutari queant: id quod & eū
in omnium articulorū. àvalvō ad oculū demonstrabimūs.

LXXXIII.

Fassi sunt hoc ipsum modernorum sacramentariorum Coryphæi,
suis successoribus hac in parte candidiores: ut Cinglius, qui se socium
Confessionis Augustanæ profiteri, ingenuè olim recusavit. Item Calvi- Calv. Epis-
nus; qui Augustanæ Confessionis, in regno Galliæ profitendæ libertatem stola. 313°
olim à Rege oblatam repudians, faciem eam esse dixit, qua universa Gal- ad Bez.
lia conflagratura sit. Et Beza, qui nisi commodā admissa interpreta- Beza in
tione, subscribere se illi posse, disertè negavit. Epist. ad
Dudicium
polonum

LXXXIII.

Consimiliter Helvetij subscriptionis calculo eandem Confessionem
probare detraherunt: imò Concordiam etiam anni 36. Confessionē
δημόθικον, multū licet hoc suadente Bucero, admittere tamen no-
luerunt.

LXXXV.

Vbi illud ἡ παρόδῳ de Spiritu Bucerī quo in persuadendis Helve-
tijs est usus, nociandū, quod Lavaterus scriptor Sacramentarius memoriae
prodidit: Bucerus, inquiens, tunc temporis ambiguis & obscuris
loquendi formulis sententiā suam proposuit, ut in utram partē
magis propenderet, colligi planè non potuerit. Toto certamini-
nis hujus tempore ejusmodi phrasibus ipsum studuisse, Iosias
Simlerus Scholæ Tigurinæ professor in oratione de vita & obi-
tu Petri Martyris testatur, quem & ipsum persuadere aliquan-
do conatus fuit, tuum ut exemplum secutus, talibus interetur lo-
quendi modis, ex quibus nihil certi concludi posset, ut ita utriq;
parti inserviens, ambiguis illis & flexiloquis loquendi formu-
lis dissidium hoc paulatim sospiret atq; tolleret. Hasce infidio-
fas ac subdolas molitiones Tigurini animadvententes minimè
probarunt, & liberè atq; aperte professi sunt, non velle se con-
cordiam fucatam atq; infidiam, quæ juxta Bucerī declaratio-
nem cothurni instar, utriq; parti accommodari posset.

Confidium
Buceri P.
Martyri
datum, ve-
re Sacra-
mentariū.
Hist. C.A.
f. 337.

LXXXVI.

His ita cognitis, facilimum est judicare, Confessionem nostram Augustanam sensum Sacramentarium nulla plane ratione admittere: neq^B ex eorundem scriptis de ejus vero intellectu faciendum esse judicium.

LXXXVII.

Requum est, ut tandem quis proprius & germanus ejus sit sensus, aperiamus; id quod ex gemino ejus scapo sive fine perspicue potest colligi.

LXXXVIII.

Cum igitur sanctis symboli hujus Augustani Confessoribus is cum primis scopus & finis fuerit propositus, ut non tam a veteribus, quam recentioribus etiam Sacramentarioru & Anabaptistarum heresibus suas prorsus alienas esse Ecclesias ostenderent: Deinde vero ut iustas sibi factae secessionis ab Ecclesia Romana causas esse testatum facerent: nulli pio dubium ullum esse debet, quin quicquid vel veteres hereses postliminiò in Ecclesiam revocat: vel papismo adulatur: vel recentiores Sacramentariorum & Anabaptistarum furores defendit: id Confessioni huic nostrae plane sit adversum & contrarium.

LXXXIX.

Quod si porrò verus ejus sensus in disputationem venerit, & aliunde veritas ejus atq^B certitudo fuerit exploranda, non unius alicuius privati autoritate sive interpretatione: Sed publica cum primis earum Ecclesiarum, quæ confessioni huic subscripserunt, doctrina atq^B sententia standum esse, judicamus: Quam uti a veteribus heresibus & Papismo, sic Sacramentismo etiam plurimum abhoruisse, & partem maximam etiamnum abhorre, partim jam est demonstratum, partim per se longè est manifestissimum,

X C.

Interim tamen si privati etiam alicuius Doctoris vox atq^B sententia in hoc negocio sit audienda: Decretum illud conventus Naumburgici, Anni 1561. observandum esse statuimus, quod Solius Lutheri judicium & explicationem audiendam ac sequendam esse graviter monet:

XCI.

Philippe autem ejusdem scriptis eatenus credendum fuerit, quatenus ille cum Luthero eandem profus & communem doctrinam habuit

habuit & defendit: à qua tamen posterioribus annis ipsum non nūbil de-
fecisse jam ante diximus.

X C I I .

Concludimus ergò tandem , lupinum planè personati illius Amor.
Vuolffij esse consilium, quo suadet , Augustanæ Confessionis proprium Vuolffij.
ac genuinum sensum sive intellectum , partim ex sequentium tractatio- fol. 262.
num synodalium actibus & recessibus : partim ex ijs , quæ in hac Con 231. 178.
fessione , privato ausu (uti mox ostendemus) fuerunt immutata , re-
ctius depravata : partim deniq; ex solius Philippi Corpore doctrinæ ,
petendum & indagandum esse .

C A P V T T E R T I V M

de mutatione Confessionis.

X C I I I .

De mutanda Confessionis nostræ licentia , quam primùm qui-
dem Philippus , proprio ausu & arbitrio sibi usurpavit : postmodum
verò ita invalidit , ut vix illa in publicum prodiret ejus editio , quæ non
novæ aliquid mutationis secum afferret ; sic statuimus , neq; Philip-
pum , neq; cæteros facti hujus sui rationes justas habuisse , neq; etiam
iporum hoc fuisse muneris atq; officij .

X C I V .

Quicquid enim non ab uno aliquo autore profectum , sed à tota
Ecclesia publici symboli loco fuit constitutum , id profectò ab uno aut
paucis mutari nec potest nec debet . Siquidem quod omnes aut plures
tangit , ab omnibus etiam aut pluribus tractari convenit . Fuisse verò
hodieq; esse Confessionem Augustanam publicum & communem totius Ec-
clesiæ Lutheranæ symbolum , ex ijs quæ hactenus sunt dicta manife-
stè liquet .

X C V .

Huc accedit , quod partim incommoda , quæ inde subsecuta , par-
tim verò variorum errorum incrustatio , factum hoc Phillipi reddit
Prorsus inexcusabile .

X C VI .

Quos Ratisbonæ in Comitijs Anno 41. Pontificij triumphos ob His. A.C.
hanc Confessionis nostræ mutationem instituerint ? quomodo tripudia - fol. 352.
rint ? quam inconstantiam & levitatem nostris objecerint ? historia te-
flantur .

XCVII.

Quam lata porta Calvinismo, hoc facto sit aperta vel inde constat, quod ab eo tempore palam Augustanae Confessionis socios se profiteri, eamq; sibi cum Lutheranis orthodoxis communem esse jactuare consueverunt.

XCVIII.

Etsi enim aperte quidem Calvinismum in secundaria editione minime doceri sciebant: quia tamen eundem taceri, nec ut in priori damnari intelligebant; dum nimis duo hæc vocabula in articulo 10. (adsint & distribuantur) quin et tota hæc clausula, (& improbant secus decentes) subdolè fuit expuncta: sub hoc sane cæco latibulo, magnam suæ doctrine rimam, imo portas bipatentes apertas esse viderunt.

XCIX.

Sic ergo Confessio hæc nostra non amplius symboli nomen autoritatemque iuebatur: Sed cothurni alicujus contrahebat infamiam: Sic non Augustana: hanc enim nunquam vidit: Sed VVitebergensis, quippe ibi in umbra atq; ocio conscripta, nominari merebatur.

C.

Quam verò gratiam tūm apud Electorem, tum cæteros principes atq; Respublicas, priorem illam & non mutatam Confessionem amplexas, suo hoc facto Philippus fuerit promeritus: ne id quidem retinent historię.

CI.

Sacramentarij pro sua qua valent mentiendi libidine, palam scribere non exhorrescunt: Neque improbante Luthero, neq; reclamantibus principibus, aut Ecclesiæ membris alijs, Revisionem istam articulorum factam esse.

CII.

Tot rursum mendacia, quot verba. Et quoad prius membrum, si vel maxime veritatis quicquam ei inesset, nihil tamen ad ipsos redire posset præsidij. Quia enim Confessio isthæc symbolum erat publicum, commune, Ecclesiasticum: ne Luthero quidem fas fuit vel privato ausu mutationem ejus suscipere: vel ab alio quoquam institutam suo calculo approbare.

CIII.

Sed ne in Philippo quidem Lutherum factum hoc probasse, crebra

bra illæ demonstrant exhortationes, quibus ipsum, ut ab hisusmodi mutatione atq; auctiōne abstineret, graviter ac serio admonuit: imò hanc rārō adversus ipsum, eandem ob causam expostulationem vehementem instituit: *Quis, inquiens, hoc tibi mandavit, &c?*

CIV.

Ab alijs Ecclesiæ membris reclamatum non fuisse qui dixerit, is mendacijs arguet testes complures, omni exceptione majores, imò publicis tabulis & commentarijs fidem omnem derogabit.

CV.

An non reclamatum fuit, cum eo ipso statim anno 41. in collo Hist. A.C. quio Ratisbonensi, Philippus publicè ac solenniter editionem posterio. f. 358. T. 4. rem exautorare, & in decimo Articulo restituere ac redintegrare de op. Phil. buit ea, quæ prius privato ausu expunxerat?

fol. 736.

CVI.

An non reclamatum fuit, cum Inclytus Saxoniæ Elector Io. Hist. A.C. bannes Fridericus de mutatione ista admonitus, per D. Pontanum Can. fol. 364. cellarium, Philippum hoc nomine objurgari curavit; his in medium adductis rationibus, 1. Quia Philippus hoc fecerit, inscia & inconsulta sua Celsitudine, ac reliquis protestantium ordinibus 2. Quia hæc Confessio non sit Philippi, sed suæ Celsitudinis ac ceterorum ordinum propria: 3. Quia hinc tūm suæ Celsitudini tum reliquis ejusdem Confessionis socijs, incertitudo atq; inconstantia in doctrina sit objecta 4. Quia vulgus hominum graviter offendit &c.

CVII.

Annon reclamatum fuit, cùm Philippus ipse denuò, mutata quasi Hist. Con. sententiâ, sub finem colloquij VVormatiensis anni 1557. clare & sanctè Aug. fol. protestatus est, se nec discessisse nec discessurum esse à Confessione Augu- 495. & stæ Carolo V. anno 1530. exhibita: imò Zwinglium cum suo dogmate 504. propria manu nominatim & expreßè rejecit? Id quod ipse etiam La- vaterus minimè dissimulat: Sed à concinnatore operum Philippi mali- tiōsè fuit omissum.

CVIII.

Quid quod Anno statim sequente 58. cum Philippus iussu Electo. Hist. C.A. rum in conventu Francofurtensi ad Mænum, Articulos quosdam con- f. 505. scripsisset, ad quorum normam controversiarū conciliatio atq; decisio in- stitui posset: Articulū verò de Cœna Domini hunc in medium delineasset:

De

De Cœna Dominica sentimus & recipimus Catechismum Lutheri, Augustanam Confessionem, & Smalcaldicos Articulos, in eo sensu, qui continetur & exponitur in Apologia, & in libro locorum communium D. Philippi. Theologi Saxonici hanc Confessionem obscuram, nec satis planam atq; sufficientem ingenuè judicarunt, ac proinde meliorem pleniorē declarationem urserunt, & talem quidem, quæ secundum tenorem verborum Augustanæ Confessionis, anno 30. exhibet & conscriberetur; id quod ex decreto Francfurensi est manifestum.

CIX.

Porrò in conventu Naumburgensi, Anno 1561, ab AVGUSTO Electore, nunquam satis laudato Principe, hujus controversie Hist. A.C. dirimendæ gratia convocato; Annon ipse statim Elector, in literis ad f, 550. Electores, ac Principes datis, mutatae Confessioni diserte reclamavit, scribens: Non possum celare caritatem vestram, mihi de nullâ alia Confessione Augustana constare, quam de illa, quæ Cæs. Majestati in Comitijs Augustanis, Anno 1530. per Electorem Iohannem felicis memorie, Hassiæ Landgrayum, & alios paucos Principes, comites atq; Vrbes exhibita est. Item, In hac, Domino me clementer juvante, constanter perseverare, eandemq; publicè profiteri constitui.

CX.

Annon reclamatum fuit à VVolffgango Principe Anhaltino, ad Hist. A.C. Saxoniae Electorem propriâ manu scribente, se paratum esse ad subscri- fol. 550. bendam denuò Confessionem Augustanam, sed hac exceptione, si hæc & 551. priori isti per omnia sit conformis, nec quidquam in ea immutatum fuerit: bac additâ gravissimâ ratione: Facile enim Celsitud. V. intelligit, quam mihi futurum sit grave, quantumq; levitatis speciem habiturum sit, si aliam Confessionem, & ab ea, quæ Augustæ Imperatori exhibita est, diversam, meâ subscriptione confirmare deberem.

CXI.

Ibidem. Annon reclamatum fuit, cum Heinricus & Guilelmus juniores, Principes Lunæburgici ad electorem rescripserunt, se in ea, quæ Augustæ fuit anno 30. exhibita, Confessione, non in alia ac diversa ad finem usq; persiliuturos.

112, Annon

C X I I .

Annon' reclamatuni fuit , cum consules & Senatus Norimbergensia
ad VVolffgangum comitem Palatinum eodem 61. Anno scripserunt :
se semper studuisse , ut in illâ P R I M A Confessione perfiste- Hist. C.A.
rent : se verò jam pridem fuisse admonitos , Confessionem hacte- f. 551. &
nus de novo multoties excusam , cum veteri suo exemplari mi- 552.
nimè consentire , sed singulis vicibus , quando editiones repetitæ
sunt , aliquid vel immutatum , vel demtum , vel additum esse .
Cujus rei ne minimum quidem sibi ab autoribus factum esse in-
dicium . Quare se saltē Confessionem , prout Anno 1530.
Augustæ exhibita atq; intellecta est , subscripturos .

Integrum hoc scriptum Consulum & Senatus No-
rimbergici ad principem VVolffgangum videatur
in historia Aug. Conf. fol. 556. & seqq. Ex quo vis-
dere est , quænam de Cœna Domini doctrina & Con-
fessio in Ecclesijs inchyta illius Reipub. extiterit .
Quam Anno etiam 1577. amplissimus senatus ijs-
dem verbis repeti , & Sacramentarijs clām se in
Remp. illam insinuantibus opponi voluit .

C X I I I

Eadem planè fuit mens , idem animus reliquis etiam principibus
& statibus propè omnibus Evangelicis , ut neglecta mutata ac adul- Hist. A.C.
terina editione solius prototypi subscriptio ac confirmatio in conventu f. 553.
illo Naumburgico fieret : id quod ex Decreto illius conventus abundè
liquet .

C X I I I I .

Et quid multis opus est , annon Reclamationis argumentum vel
maxime firmum fuerit , quod tot Electores , tot Principes , tot Comites ,
tot Civitates Imperiales , in sua in Formula Concordiae præfatione diser-
tè testatae sunt , sibi cum mutata sive variata editione nihil esse commune ,
sed se solum prototypon pro germano & genuino Ecclesiarum suarum
symbolo agnoscerे .

C X V .

Hinc in omnibus Comitijs ac conventibus publicis , Confessio nostra-

D

rums

rum Ecclesiarum, hoc tecumq; eouitessero quadam, à spuria illa & adulterina distingueretur, ut Confessio nuncuparetur, quæ Augustæ non alibi: quæ Anno 30 non, quæ partum Elephanii initata, decennio post scripta: quæ non in umbra ac tenebris latitavit, sed in publicis Comitijs Imperatori Carolo V. fuit exhibita.

C X VI.

Hanc Confessionem primam, non illam alteram & vitiatam sanctio illa pragmatica, (quam pacificationem Religionis, seu transactiōnem Passaviensem vocant) respicit: huic libertatem & pacem publicam, Imperatoria autoritate promittit: ita ut primam hanc Confessionem eversam qui volunt, ipsum simul pacis publicæ bonum collere contentur.

C X VII.

Ambros: Ogganiunt verò præterea, & causas mutatae Confessionis commissuntur alias, non minus fuitiles & elumbes. Nam egregie primum **VVolffij** mentiuntur, priorem Confessionem, in decimo præsertim Articulo nimodum papizasse, (hac enim phrasí nonnulli utuntur); ideoq; mutatione causis nem à Philippo, communi consilio atq; deliberatione fuisse institutam.

Confessio-
nis.

C X VIII.

Posteriorius membrum hujus assertionis **VVolffianæ**, purum putum est mendacium: id quod tot perspicuae ac nervosæ Reclamationes, mutatae Confessioni oppositæ, invictè ostendunt.

C X IX.

Lutherus Prius illud de Papismi defensione ne responso quidem ullo aut refutatione dignum est. Nam Sole hoc meridiano clarus est, transsubstantiationis dogma integro octennio ante scriptam & exhibitam Confessionem Augustanam, Lutherum toto pectore fuisse detestatum: imò ex nem plane ipsis Sacramentarijs haud pauci, Latinum Exemplar ab hac accusatione damnat. plane liberum pronunciant: & vel inde futilitatem sive objectionis satis demonstrant,

C X X.

Sic quoad phrases illas, seu modos loquendi, (sub specie panis & vini) ne illis quidem ulla ex parte transubstantatio Pontificia stabilitur: id quod tūm ex Lutheri, tūm aliorum Orthodoxorum scriptis, vobis censes ad oculum fuit Sacramentarijs demonstratum.

121, Ob-

C X X I.

Obsrepunt porrò non in pejus sed melius eam fuisse mutatam.
Certè si scriptum aliquod purum fædis errorum stercoribus conspurcare,
in melius mutare fuerit: præclare omnino finem hunc asecuta videri
debet Mutata Confessio.

C X X I I.

Quod ut planum fiat, pauca quædam delibabimus: Articulo
quarto & quinto, incrustatus est error de Evangelio prædicante pæni-
tentiam: de donatione fidei, facta sine spiritu sancto. Articulus deci-
mus nullibi sibi est similis, sed ita fæde detruncatus, ut (quod supra
ostensum) Sacramentariæ hæresi latibulum præbeat. Articulo decimo
octavo, error σωσηγένειας diversis in locis infartus continetur: Sum-
ma: tota Confessio posterior, spuria illa & adulterina verborum invo-
lucris & ambiguitate, rem obscurat magis, quam explicat: humi repit
timidiuscula: Lutheri magisterium excutit: Rationis captui se accom-
modat: adversarijs palpum facit, & quorumvis fraternitati utramq;
manum porrigit.

C X X I I I.

Quibus ita se habentibus, satius profectò fuisset, imò longè lau-
dabilius factum, si virgulam censoriam in proprijs ac privatis suis
scriptis, in Grammatica, in Dialectica sua corrigenda: non verò in li-
bello publico, Symbolico, & Ecclesiastico, & quidem privato ausu-
mendando, sibi usurpasset Philippus: id quod tamen non odio Philip-
pi, (nam labores ejus alioqui magnificimus); sed veritatis studio à no-
bis affirmari sanctè testamur.

C A P V T Q V A R T V M.

De Autoritate Confessionis Augustanæ.

C X X I I I I.

Quod ad Autoritatem Confessionis, & brevissimè & commodissime For. Conc.
mē nostrarum de ea Ecclesiarum sententiam, Formula Concordiæ ex L. fol. 618.
pressit, scribens: Augustanam Confessionem nostri temporis
symbolum esse judicamus, quo reformatæ nostræ Ecclesiæ à Apol. Con.
Romanensibus, alijsq; rejectis & damnatis sectis & hæresibus sef. 151.
hungantur.

C XXV.

For. Conc. L. f. 617. Maximum ergò discrimen inter scripta Prophetarum & Apostolorum, que vocamus Biblica: & inter symbolicum hunc libellum constituiimus: ut qui non à vtóptis, sed eatenus fidem & assensum in Ecclesia obtinet, quatenus cum sacro illo ac Beotivus Canone per omnia concordat.

C XXVI.

Quin imò ne hujus quidem nostri symboli autoritatem cum veteribus symbolis æquari posse, ipsi statuimus: propterea quod illa Vniversalis: hoc verò particularis duntaxat Ecclesiae, est Confessio.

C XXVII I.

Apol. Con. fol. 151. Qua de causa amplissimi etiam status, qui inde ab Anno 30. Augustane Confessioni subscriperunt, nunquam conati sunt, publica hac sua Confessione reliquis exteris nationibus quicquam præscribere: aut easdem ad hoc Ecclesiarum nostrarum symbolum amplectendum, vi quadam aut malis artibus cogere, & sic alienæ dominari fidei: sed semper & omnibus (suis tamen Ecclesijs exceptis) liberum reliquerunt, illinè subscribere, & à suis stare partibus, an verò propriam & peculiarem fidei Confessionem edere & exhibere vellent.

C XXVIII.

Cujus rei evidens est testimonium, quod tempore oblatæ nostræ Confessionis, reliquis civitatibus Cinglianum dogma amplexis, peculiarem imperatori Carolo offerre Confessionem fuit liberum.

C XXIX.

Bis ergò mendaces Sacramentarij: 1. Quòd Confessioni nostræ parrem plane cum S. literis autoritatem ac fidem nos tribuere garriunt: 2. Quòd nos alienæ fidei dominatores passim proclaimant: cum tamen constet, nos tām non ullum in exteris Ecclesijs arrogasse dominium, ut in omnibus comitijs, conventibus, colloquijs, id potissimum spectaverimus, ut sit pax & sinceritas intra muros nostros.

C XXX.

Blaterant porrò scriptam eam esse: 1. ab Ecclesia disiecta, & è tenebris jam demum eluctante: 2. scriptam esse subito, & summa temporis angustia: 3. scriptam ad deliberandum, sive ad tempus: 4. scriptam in maximo metu presentium periclorum: 5. scriptam deniq; esse cum conditione explicandi obscuriora.

131. Ab-

CXXXI.

Atqui verò rursus tot cavilla, tot paralogismos, tot mendacia effuntire Sacramentarios, quot membra accusationis ponunt, historiarum demonstrant monumenta: id quod paucis ostendemus.

CXXXII.

Et primum quidem esto: Ecclesia tum tenebris fuerit disiecta: quid tum postea? num propterea Confessionem suæ fidei certam edere nec potuit nec debuit? Minime gentium: Annon tempore Athanasi⁹ disiecta fuit Ecclesia, adeo ut ille solus ex Orthodoxis supereffe videretur, & quidem profugus & exul? Num verò hoc obstatre potuit, quod minus certum & orthodoxum symbolum Ecclesiae Christianæ conscriberet?

CXXXIII.

Annon ipsa quoq; Sacramentiorum synagoga misere, & quidem longè horribilibus fuit disiecta, quam Lutheranorum Ecclesia: & tamen suam edere Confessionem illi licuit?

CXXXIV.

Nugas ergò nugantur Sacramentarij, & mendacia mendacijs cumulant. Cujus farinæ est & illud, quod Ecclesiam è tenebris Pontificijs vix tum elutatam esse strident.

CXXXV.

Atqui verò jam tum Reformationis divinitus Megalandri Lutheri ministerio inchoatae, annus fermè implebatur decimus tertius: Religionis Christianæ capita jam tot disputationibus, tot conventibus, tot colloquijs, tot comitijs, in utramq; partem fuerunt ventilata & excussa, ut tale aliquid postera ætas hactenus non viderit, nec visura sit unquā. Satis ergò longum tempus ad controversias omnes cognoscendas, & dijudicandas, ante Confessionis scriptiōnem Ecclesiae fuit concessum.

CXXXVI.

Alteram cavillationem mendacijs & vanitatis satis evidenter arguunt, omnes eae deliberationes, consilia, disputationes, quæ Confessionem antecesserunt: de quibus in primo Disputationis hujus capite copiose egimus.

CXXXVII.

Tertium convitum partim cum toto instituto sive scopo Confessionis: partim cū actis aliquot annis post, hanc ipsam ob causam suscepis, & diametro pugnat.

CXXXVII.

Nam primū confessores in genue testati sunt, suum hoc symbolum, scripturis sacris planè esse ὄμοθιφον: ac proinde se ne latum quidem unguem inde discessuros, quicquid tandem eveniat. Non ergo ad deliberaendum & ad tempus, quasi de certitudine ejus dubij: sed longè certissimi suam Confessionem obtulerunt.

CXXXIX.

Deinde septennio post, qui fuit Christi 37. cùm præcipui Ecclesiæ rum Evangelicarum ministri à principibus & rebus publicis Smalcaldiam evocati, iussi h̄ essent, & Confessionem & Apologiam diligenter relegere, ut si quid adjiciendum videretur, aut mutandum, communi id fieret consilio: nihil illi post bene longam deliberationem mutandum aut adjiciendum judicarunt. Cui actioni ipse quoq; Philippus interfuit.

CXL.

Quatum cavillum non tām Theologos, quorum ministerio scripta hæc est Confessio, quam fortissimos illos ac constantissimos principes atq; civitates, non sine extrema impietate suggillat.

CXL I.

Quanta fuerit sanctissimorum istorum confessorum animositas, fortitudo, constantia, neminem certe ita vel cæcutire, vel surdescere existimârim, qui ejus rei teneatur ignorantia.

CXL II.

Deinde ex unius Philippi timideitate, seu potius infirmitate, de reliquis minimè faciendum est judicium. Extant Dei beneficio Epistolæ Lutheri tām ad diversos scriptæ, heroici Spiritus, Zeli, animositatē testes locupletissimæ.

CXL III.

Quod postremò de conditione explicandi obscuriora garriunt, quid hoc ad autoritatem Confessionis minuendam?

CXL IV.

Annon hoc ipsum statim in Apologia abundè satis fuit præstitum, ut nulla uberiore vel declaratione vel additione fuerit opus: id quod ex Decreto Smalcaldico anno 37. est manifestum.

CXL V.

Que porrò partim ex Confessione ipsa, partim ejus Apologia oggiunt: ut de Transsubstantiatione: de Missa: de Absolutione: de Orationi-

tionibus pro mortuis : de Donationibus principum, & potestate politica Episcoporum ; de ijs in ipsa singulorum Articulorum evanescere accusatus videbimus.

CXLVI.

Vela ergo jam contrahimus, & hunc totius disputationis hujus cardinem constituimus, ut quotquot in orbe Christiano Religionis purioris amore ac desiderio tenentur, quotquot salutis cura tanguntur, eos universos tanta, quanta virium omnium contentione fieri potest, moneamus, hortemur, obsecremus, Confessionem istam ne illo modo negligendam esse existimemus, sed eam pro τύπῳ διδαχῆς, & ὑποτυπώσει γιου νότων λόγων, ex fontibus Israëlis scaturientium, habeant, agnoscant, magnifaciant.

CXLVII.

Hæc enim puriorem sacrarum literarum, quæ solæ sunt infallibilis & verè Lydius omnium doctrinarū lapis, sensum nobis aperit : hac largitur nobis pacem, qua in Imperio utimur : tranquillitatem, qua fruimur & gaudemus : hac deniq; eos nobis (inaudito plane exemplo) qui à Religione nostra erant alienissimi, ita adjunxit, adjunctos devinxit, devinxit eos obstrinxit, ut jam vel totius Imperij salus unicè fere in ea acquiesceret ac recumbere videatur.

CXLVIII.

Et hæc fuit læta illa catastrophe, quæ tragicam illam protasit, & Chyt. Hist. subsecutam periculosam epitasit tandem Dei beneficio, exceptit : de qua fol. 120. coronidis loco, ipsum audiamus Lutherum nostrū, in hunc modum disse- Cælest. fol. rentem : Tanta est verbi Dei efficacia & virtus, ut quod plus per- 191. b. secutionis habet, eo plus floreat & crescat. Considerate Comitia Augustana, quæ verè sunt ultima tuba ante extremum diem : quia totus mundus æstuabat contra verbum Dei. Hui quantis precibus opus fuit, ut Christo sedem in Cœlis saltem Pontificij concederent. Tandem nostra fides & doctrina ita prodijt in lumen per Confessionem nostram, ut brevissimo tempore, mandato etiam Cæsaris ad omnes Reges & Principes mittetur. Ibi multa præclarissimorum virotum ingenia in aulis fuerunt, quæ ut ignem fomes, sic doctrinam hanc avidè sunt amplexa. Majus est hoc miraculum, quam quod oratione cuiusquam non dicam prædicari pro merito, sed saltem possit exprimi.

Deus

Deus optimus Maximus praelarum hoc
Confessionis Augustana depositum, ad finem
usq; seculi contra furores Salana, Sacramenta-
riorum, & quorumvis aliorum hereticorum illi-
batum transmittat; inq; veritate nos sanctifi-
cet, conservet, aeternum deniq; beat: cui unâ cum
Filio unigenito, Sanctoq; Spiritu sit gratia, laus,
honor & gloria, in omnes seculorum aeternitates.

A M E N.

F I N I S.

Σφάλματα τυπογραφικὰ sic corrigantur.

Thes. 37. lin. 8. sic lege, testatae. & ibid. receptae. thes. 38. lin. 4.
lege, ulla, thes. 70. lin. 3. sic lege, ipsum relegavit.



94 A 7389

St. Louis



ULB Halle
002 716 291

3

A standard linear barcode consisting of vertical black bars of varying widths on a white background.

EDD 17



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ΠΡΟΔΡΟΜΟΣ

Disputationum Theologicarum Collegij privati.

DE

CONFESSİONIS AV
GÜSTANÆ, ΓΝΗΣΙΩΣ AC PROPRIE
sic appellatæ autore, intellectu, mutatio-
ne, autoritate.



Falsis Sacramentariorum narrationibus oppositus.

ad cujus assertiones tuendas

Sub auspicijs beatissimæ & sacrosanctæ Triadis,

Præfide

LEONHARTO HVTTERO S.
Theologiae D. & in Academia Witebergensi
Professore publico

Respondebit

M. CHRISTOPHORVS ZECHERVVS,
Norimbergensis.

Die 25. Iunij: quo ipso die ante annos 67. Confessio hæc
Cæsari Carolo V. Aug. istæ fuit exhibita.

Ps. 119. 46.

Loquebar de testimonijs tuis in conspectu Regum,
& non confundebar.



Valentinus Bernhard
Mylius.

WITEBERGÆ,
Typis M. Georgij Mulleri, Anno 1597.

